



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

Cap. I. Explicatur sententia nouorum Samosatenorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)



# CAPVT PRI- M V M.

*Explicatur sententia nouorum Samoſa-  
tenorum.*

**V**OD A D PRIM VM ATTINET. Av-  
stor nouorum Samosatēsium fuit Michaēl  
Seruetus, qui innotescere cœpit anno M. D.  
XXXII. teste *Sutio*: Anno verò M. D. L<sup>X</sup>. <sup>III</sup>  
Geneuæ combustus est. Sequuti sunt eum  
qui nunc in Transſyluania præcipue ſedem habent, quo-  
rum Principes erant *Georgius Blandtata*, qui adhuc viuit,  
& *Franciscus David*, qui anno M. D. LXXX. cùm Chri-  
ſtum negaret eſſe iuocandum, aut Ecclesiæ curam habere,  
a Principe Transſylaniæ ad perpetuos carceres damnatus  
fuerat, ſed paulò pōſt in phrenesim incidit, & poſt biduum  
extinctus eſt.

*Sententia cuiuslibet  
ſcribentis ſancti  
ſatani.*

**S**ententia Seruerianorum tria docet, & composita eſt ex  
tribus antiquis hærelib⁹. **P**RIMO aſſerit nullam eſſe in  
Deo diſtinctionem personalem. Ita Seruetus lib. 5. Trinit.  
pag. 189. & in reſponſione ad art. 1. & ministri Transſyluan⁹  
lib. 1. cap. 4. Quod idem olim docuerunt *Hermogenes*, *Pra-  
reas*, *Noētus*, *Sabellius*. Quorum omnium meminit Au-  
gustinus lib. 1. de hærel. cap. 41. Ac deinde etiam *Paulus Sa-  
mosatenus*, & *Photinus*, teste *Hilario*, lib. de Synodis. **S**E-  
**CVND O** aſſerit Christum ante incarnationem nihil fuiffe,  
niſi in mente Dei per ideam. Ita Seruetus lib. 3. Trinit. pag.  
92. & Ministri Hungarici libro 2. cap. 3. Quod idem olim  
docuerunt *Ebion*, & *Cherinthus* apud *Irenæum* lib. 1 cap.  
25. & 26. & deinde *Paulus Samosatenus*, ac *Photinus* apud  
Augustinum hærel. 44. & 45. **T**ERTIO aſſerit Christo ho-  
mini communicatam à Deo diuinitatem, non per genera-  
tionem

tionem æternam, sed per uocationem gratiæ, & inhabitatio-  
nem, ac proinde posse Christum dici Deum, sed Deum factum  
& temporalem, non æternum. Ita Blandrata disput. 6. Albo-  
na, & Ministri lib. 2. cap. 7. Quod idem olim docuit Nesto-  
rius apud Theodoreum lib. 4. hæretic. fabul.

*Dissidentes*  
*de invocata*

Ac in his quidem omnes noui Samosateni conueniuntur.  
Dissident autem inter se de invocatione Iesu Christi, & in  
tres quasi sectas diuisi sunt. Nam Franciscus DAVID, &  
multi ex Hungaricis Ministris docent, Jesum Christum non  
esse inuocandum, sed solum Patrem, qui solus est verus Deus,  
& solus hoc tempore curam Ecclesiæ gerit. Exstant theses de  
hac re Francisci Dauidis, & responsio eiusdem ad rationes  
Fausti Socini, qui theses illas confutauerat. Ipse autem Faustus  
asserit in confutatione iam allegata, Christum in preci-  
bus inuocari posse, sed tamen addit, maioris esse perfectio-  
nis ad Deum Patrem recta accedere.

Denique GEORGIVS BLANDRATA in thesibus, &  
Ministri Poloni in iudicio, quod ediderunt de causa Fran-  
cisci Dauidis, docent, Iesum Christum non modò inuoca-  
dum esse, sed etiam debere inuocari: nec esse imperficio-  
nem ad eum confugere. Accidit autem peropertunè ha-  
ecorum dissensio, non solum quia, ut ait sanctus Hilarius,  
bellum hæreticorum pax est Ecclesiæ, sed etiam quia virtu-  
que pars, ad miras angustias redigi cœpit. Nam qui Chri-  
stum inuocandum esse docent, proferunt plusquam quin-  
quaginta testimonia Scripturæ, quibus aduersarios repe-  
gnare ostendunt; qui vero non inuocandum afferunt, cer-  
tissima ratione demonstrant, aduersarios secum ipsos pa-  
gnare, quippe qui nolint inuocari Sanctos, quia non sunt  
Dii veri, & tamen Christum inuocari velint, quem iudicant pa-  
lam affirmant non esse Deum verum.

## CAPUT II.

Explicatur sententia nouorum Ari-  
norum.



VANTVM ad SECUNDVM. Sententia VALEM-  
TINI GENTILIS, & aliorum, qui eius comitiis  
vel discipuli fuerunt, tria docet.

PRIMO.